S.mi Crucifixi imaginem in cathedrali Ecclesia
sub ipso fornicis arcu, qua Aleae maxi-
mam tegitur, erigi transuersq, et utrinq
nixo tergo imponi ~~curauerim mandauerim~~
Ad ueteris Aqua benedicta marmoream uas
aliud nouum eodem forma, eodemq mar-
more adieci.
Episcopales ades inter quas, et Ecclesiam tan-
tum publica uia interijcitur, cum per-
angustae humiles, paucis, parusq con-
clauibus essent, ut neq familiam, neq
ipsum capere. Cum possent, tantum abest
ut locus in eis ullus hospitibus esset quib
patere Episcopi domus debet, prorsusq
abijs. Ego pro eius dignitate non labi-
tarentur, eas ego primo statim anno
edificari non sane leui tenuitati mea
sumptu aggressus sum, iamq opus eo per-
duxi, ut non speciem modo foris spectan-
tibus laxa ac splendida domus praebeat, sed intus etiam percommodi, ac
pluribus adificijs, et sciencer partitis
cubiculisq laqueatis fecem omnibus ha-
bitetur, nec Ego solum familiamq eius;

capi-

ax, sed recipiendis etiam decore hospitibus
sufficere uideatur.
Monasterijs Monialium quae per eorq paupertatem
potui remedia adhibui, non nulla sarciri
adificariq ad certiorem clausurae custodiam
iubi. Quod antea liberum erat, ne quis
adire alloquij Monales sine secreta eius
rei facultate posset ~~prouide~~ ~~possidi~~, cum in singu-
lis Monasterijs multo plures inuenerim
Monales, quam quot alere eorq redditus
possint eleemosyna, quam dotem appellant,
ab his quae Monales fiunt duplex ut af-
feratur decreui ~~ut~~ cum antea ~~centum~~ ~~centum~~
et quinquaginta scuta Romanae moneta
darentur, trecenta ut dentur necaliter
recipi possint institui; et cum inducta
in morem esset, ut ea pecunia Monales
frumentum alias ad victum necessaria
sibi coemerent Monasterijs ex eleemosi-
nas, aut dotium collatione nihil praeter
numerum Monialium quotannis ac-
cresceret, qua re factum est, ut in hanc
egestatem angustiamq prolapsae sint qua
nunc laborant, hunc ego abrogaui prorsus

morem